

DISSE  
TATI  
VNC  
VLAE  
DE  
EXPEDITO ET PLANO IN LATIVM ITINERE  
CONTINVATI O.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,  
DOMINO  
FRIDERICO III,

DVCI SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM,  
ANGRIAЕ QVOQVE ET WESTPHALIAE, COMITI  
PROVINCLAE THVRINGIAE, MARCHIONI MISNIAE, PRINCIPIS  
DIGNITATE COMITI HENNEBERGAE, COMITI MARCAE  
ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVENSTEINII  
TONNAE, RELIQV.

DOMINO ET PATRIAE PRINCIPI LONGE  
CLEMENTISSIMO,  
DIEM NATALEM AVSPICATISSIMVM

VII KAL. MAI A. R. S. c<sup>lo</sup> 15 CC LVII

AD DEVOTISSIMA MVSARVM VOTA QVAM FELICISSIME REDEVNTEM  
QVATVOR BONARVM ARTIVM ALVMNORVM  
TOTIVS COETVS NOMINE LAETISSIMO PECTORE CONGRATVLANTIVM  
ORATI VNC VLAS

V T  
EXCELLENTISSIMVS PROVINCIAE EISENBERGENSIS  
PRAESES,

PERILLVSTRES AVLAE OPPIDIQVE PROCERES,  
GRAVISSIMI ET SPECTATISSIMI SCHOLAE INSPECTORES

I N Q V E H I S  
MAXIME VENERANDVS EPHORVS  
ATQUE OMNES FAVTORES ET AMPLIFICATORES REI SCHOLASTICAE  
BENEVOLENTISSIME AVDIRE HAVD GRAVENTVR,  
SVBMISS, OBSERVANTER QVE ET PERAMICE

O R A T R O G A T Q V E  
M. IOH. DAVID GSCHWEND, RECT.

EISENBERGAE,

EXCVDEBAT CHRISTIANVS HENRICVS WALHERVS.



ummorum Principum quam plurima esse pulcherrimis laudibus celebranda opera eloquentiae excellentiam tanta facundia praeditorum, ut nemo lingua promptior aut scriptis in tota republica parvior habendus sit, quam longissime superantia, res ipsa caque egregia vel me tacente loquitur. Licit vero iam statu sacro ordinando, iam graues et praeclaras leges condendo; mox pietatem fortiter tutando, impietatem et scelus quam acerrime vindicando; mox ciuium bonorum fidem ab hostium iniuriis defendendo honoremque patriae factum, teatum et ab omni incommodo detimentoque et molestia sincerum ac integrum conseruando distent sint: amicorum tamen pandorum negotium casteris non postponendum quam sapientissime iudicant. Etenim infestis infensisque hostibus ad exitialis belli consilium se recipientibus; de instituenda, augenda et conseruanda mercatura Principibus toto pectore cogitantibus; metu non mediocri e terrarum finibus expellendo nonne iidem ad pangenda amicitiae foedera maxima feruntur contention?

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO  
FRIDERICO III, DVCI SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM,  
ANGRIAЕ QVOQUE ET WESTPHALIAE et rel. PRINCIPI AC DOMINO  
LONGE CLEMENTISSIMO, amicitiam cum potentissimis Principibus contrahere, con-  
tractam magna cum cura confirmare nisi perutile vifum: hoc tempore afflictissimo, quo  
magni in patriae intestinis concitati belli moles non minima superesse videtur, Sacra summa  
cum religione confici, humanitatem ac litterarum studia fideliter tractari, mercaturis facien-  
dis res honeste quaeri, cultura agrorum, qua nihil melius, nihil uberior, tuto exerceri posset?  
Qua propter hoc ipso die Natali, quo nihil his terris laetus, nihil iucundius accidere potuisset, pro salute OPTIMI PRINCIPIS integerrima et perpetua CLEMENTISSIMI  
PATRIAE PATRIS incolumentate ardentissimas, id quod ne vlo quidem die intermitiunus,  
fundamus preces haud turpi facia proximo abhinc anno promissa obliuione terentes. Seruat  
pariter atque suscipiat DEVS. O. M. SERENISSIMAM CONIVGEM ET CVM  
PRINCIPTE HAEREDA SERENISSIMO TOTAM DOMVM SAXONICAM GO-  
THANAM SERENISSIMAM! Deuotissimis hisce votis sua adiungent Musarum Aluinni,  
quorum nominibus Cathedram consensu sunt

Adolescentes Humanistimi ad altiora cum laude adspirantes,

CHRISTIANVS GOTTLLOB FRIDERICI, Droyfingenis, isque votis deuotissi-  
mis orationem latinis quidem verbis conceptam praemittitur de Vano quodam et  
inefficaci viatoriae signo;

BENIAMIN PVTLIZ, Helmsdorffensis, eodem idiomate de Misera ista jaeculo-  
rum facie, qua scientiae et humanitatis studia plane negligenter tacerint, dicturus;

GEORGIVS GODOFREDVS RICHTERVS, Eisenbergensis, Germaniae  
fines recentiori aeno longe, quam medio, angustiores esse, oratione teutonica cuin-  
cere annuitur et

CHRISTIANVS FRIDERICVS FABRITIVS, Nostras, Vtrum plures Scholas  
in pauciores redigere consalvius, nec ne? vernacula disquirit.

In his Friderici exantlati laboribus, quibus Schola fungitur, Plurimum Reverendi Pa-  
rentis, Fautoris mei in primis Honorandi, arbitrio in uniuersarum Scientiarum emporium  
proficiendi copiam nactus ultimum Musis heic degentibus Vale, Carmine eleganti germanico,  
est dicturus. Fuit III Iduum Iulii Anni clo Io cclii, quo huius Musarum sedis  
limina salutare coepit. Per quinquennii ferme intervalum tenaciter promissis stando sibi  
non defuit. Quod enim cum pietate diligentiam, cum diligenter obsequium, cum obsequio  
gratum animum coniunxerit, hand obscure ex dictis eluet. Inuitum igitur Commilitem  
modestum dissentium coetum dimittere prae se laturi sunt duo ex illis bonaes notae,

IOH. THEOPHILVS MYLVS, Gosserstadio-Monachorum, iam non prima vice  
cum laude dicens, Carmine nostro idiomate composto, quo insimul digitum in Media,  
quibus prudentiam bonarum artium alumnus consequi posset, consulto intendit et

CHRISTIANVS AVGSTVS WOLFFIVS, Neitschitzenis, Carmine heroico  
genere scripto Ouidiana: Res age, tuus eris, paucis est expositorus.

Coniunctis academiae Candidati non indigni voti amicorum piis mea ex sincera mente  
profecta addendo ominor, laudandas honestatis Filii perditele indolem non expertem Di-  
lectissimorum Parentum animis spem esse allataram, fore ut Apophthegma illud Ouidianum  
et in academias mentis acie dispectum ab omnibus infidiis tutum reddat.

Expeditum

*Expeditum vero planumque, quod monstrare coipi, in Latium iter iam carpendum esse  
moneor. Quam ob rem, vt redeam, vnde digressus sum, meam, saluo tamen Grauiorum  
Virorum iudicio, ne glaucoma ob oculos obiceret voluisse videar, non occultabo sententiam,  
In tres partes diuina Schmidii cel. Grammaticam, quarum prima tironibus subsidio facillima  
cognitu, altera difficiliora paulo, qui altiores progressus fecerint, tertia prouectioribus  
inseruentia complectatur, typis exscribendam existimo, vt ne cuiuslibet Ordinis pensum inter-  
fringatur et præterea quaelibet sumtuum leuandorum caufa separatim comparari queat.  
Nisi, annis pueris atque adolescentulis in quarto, tertio et secundo Ordine definitis, haud  
intermissa tamen, animam quam litterarum dicunt, repetitione creberrima, sui cuius Ordinis,  
non vero trunko stupidi, ex voto haerent: omnia me fallere largior quam luben-  
tissime. Simul ac vero Cel. Morboſit consilium ne flocci facias, quaerenti: *Qua via ad  
sacram eloquentiam peruenire queat?* Si orationes, confiderat responſentis, sacrae legan-  
tur et relegantur. Ter quippe et amplius si quaeratur: *Qui ad iter in Latium ingredien-  
dum rete accinctus dicendus sit?* Qui, responderem identidem, non paruum teneat Vocabu-  
lorum copiam. Nec in alia vt sis opinione a Cl. Christiano Weisio in Oratore de In-  
ſtruatione ſtudiorum monſtrante: „Quomodo ſtudii litterarum, quae a recta institutione  
aberrant, ope educationis in viam fint reducenda? Tenera ſciliſet puerorum ingenia non  
„Grammaticorum praecipſis irretienda, ſed Nominum et Verborum flexione aliisque rudi-  
„mentis cognitis ad scriptores adducenda, e quibus Vocabulorum ſenſum et vſum arripiant;  
fortalle adduci patiaris.„ Quacnam, quoſlo, ſunt illa rudimenta? Vnde eadem, niſi ex  
Grammatica, hauris? Quae Nominum et Verborum flexionem, niſi Grammatica, tradit?  
Vocabulorum cognitionem refuerabis, vſque latinorū ſcriptorum adya adreas? Intelliges  
Autorem ſine Vocabulorum notitia? Siccine nihil eſt, vt bellū meditamentis ante, quam pro-  
lium committant, modo conſcripti milites firmentur? „Singulis itaque diebus ſex, etiam  
„octo Vocabula memoriae mandentur; primis primo die mandatis altero totidem addantur,  
„non tamen neglecta priorum repetitione ſicque ad ultimum ſeptimanas hoc instituto occu-  
„patus expicit docens: an omnia tenaciter haerent; singulisque mensibus quatuor  
„ſeptimanarum intervallo propositorum renouet memoriam et singulis trimetribus, quae  
„huius temporis ſpatio diſcens memoria comprehendenter.„ Quo poſthabito diſcordorum  
Vocabulorum negotio nemini mirandum accidat, ſi in explicando Autore ſuperiorum adeo  
Ordinum diſcipuli hallucinentur, errant, labantur. Evidem, quod mihi non in dubium  
venit, in Cl. Cellarii libro memoriali, quo ad litterarum ſtudia iuanda accommodaſor  
facile non eſt, multum leuationis ponendum: aſt, quam de re ſcholastica Viri docti prome-  
terentur, qui librum Attributa continentem et ea, quibus tribuuntur, et Verba et Voces,  
quae vincula quali latini sermonis ſunt, apte inter ſe cohaerentia emitterent, ac Verba qui-  
dem coniuncta eaque diffiſillima tertio, altero diſcipli, facilis primo loco ponerent et eum  
librum aequa diſpertirent. Quae diſcendi alacritas excitaretur! quae vilitas expeſtanda fore!*

Verum enim vero haec aliquando maxime vſui futura diſcentibus Scriptori quidem in  
manus tradito, in conſeflo eſt: aſt, qui tironibus legendus ſit, vt autor ſim, iure reposci  
poſte atque flagitari hoque eo magis, quod Langii antefignanorum alii Gymnasiarchae quon-  
dam laufanensis, Corderii, alii Erami roterodami Colloquia commendant, alii Orbis Pictus  
arrident. Quorum omnino Virorum ac tirociniorum Autorum laudem diſculper obſcuratura  
eſt obliuio: nihil tamen ſecius puerorum refert, vt librarias tabernas, an et alius ad hoc  
in primis iuſtitutio accommodatus liber inueniendus ſit, oculis paullum perlustramus.  
Temporis atque argumenti opportunitate Cel. Weisii, ill. Fridericiani adhuc florentis Collegii,  
quod Altenburgi eſt, Directoris quondam meritisimi, Latium in Compendio in manus venit  
Scholis diligenter commendandum, quippe in quo non totus ſolum Cellarius eſt exhaustus,  
ſed quod puritas etiam, caſtilatique et varietatis caufa eruditorum fauorem ſibi conciliat.  
Regulae quidem Langio respondent: eadē vero et ex Schmidio eruire quid facellet negotiū?  
Praebeat ambitum verborum contractum et breuem legendu pueris Praeceptor, qui vne villa  
ex parte hallucinentur, terque quaterque lectionem repeatant, omnes cum singulis carptim  
ſoluantur partes; illud, de quo ſermo eſt, item et Attributum cum Verbo, ſi iniuſita forte  
ſint et quid diſcultatis habeant, flecantur, non communī et vulgari modo, quam diligen-  
tissime; rerum notaſ excipiat verborum compositio; an partes memoria teneantur, fiat per-  
iculum; in notandi loquendi formis in singularem vſum conuertendis non mediocris adhibe-  
atur diligenter; et, vt conſecutionem in coniunctione verborum curioſe feruat Latinī elegantiā,  
ne Generibus, Numeris, Personis, Caſibus perturbetur oratio, et longe a noſtra diſcendi  
ſcribendique conſuetudine abire ſoleat, ſit Praeceptoris fidei, vt ne ſtructuræ artifici  
expers ſit diſcipulus; exprimatur pensum de latino ad verbum, poſt ad vernaculae indolem;

trans-

translationem in diurnos commentarios conieclam excipiat, clauso autem Autore, de nostro in latinum translatio. Absoluto omni negotio non memoria vacilans pensum recitatibus discipulus, qui, variatione calamo excepta, quod operetur domini habebit.

Hactenus cum tironibus adolescentibus viam in Latium tendentibus monstrasse sufficiat; alt nec proiectores sunt retardandi. Quod frustra in ipsorum stylis exercitationibus elegantiam, aequalitatem, numerum quaequeris, ne mireris. Etenim si uno eodemque die Orationes Ciceronis, Cornelius Nepos, Virgilius; altero Otidius, Plinius, Ciceronis Epistolas, et sic porro, explicatur: doctrinae non fiat confusio? Ea propter remouenda est haec studiorum pessima a ludis literariis et vnu alterque, aureas potissimum aetatis aut alterius, optimae notae est retinendus. Ut Autoris sententiam intellectu consequatur discipulus: non a ratione abhorre videtur, si totius Capitis Summam vel paucis tradat Praeceptor; et, explanando eidem si ab initio ad finem ambitus verborum lectio ab illo praemittatur. Id quod ab ipsis commodis non alienum esse arbitror: ab initio nostra, vt me notare memini, Latinus et ab huic sermone mirum in modum Germanus. Quod nisi teneatur: adolescentem nutare ne mireris. In eodem vero, de quo sermo est, Autor eo usque definiendi sunt discentes, dum non proferre solum et exprimere possunt pure et plane omnia latine, sed et cuius Autoris vim et elegantiam loquendo et scribendo offendere. Attamen si accidat, vt vocabula omnia et loquendi modos vnu iste non suppeditet: commode et post aliorum lectione adiiciuntur. Dicum quidem nomine si insigniri nolis, comitum certe ratum habes Lectionem aequae ac Exercitationem. Quum enim in inferioribus Ordinibus magnam Vocabulorum copiam, tum pueri, sibi comparauerint: quo minus proiectores aetate ac intelligentia Autorem adire et creberrima lectione vberiore cognitionem adipisci hancque quotidiano sermone item et diligent repetitione, nec postposita floccique habita, etiam si haec primum affectionum mutatione fiat, imitatione augere queant, non interfici impedimentum.

Licet iam non definiat precepta: est tamen, quod faciliorem efficit et longe explicatiorem Autoris lectionem, si locus primo sit obseruationibus, vt simili probe discernantur: aliud enim est oppidum petere, a quo discernendum aliquem et ex aliquo petere; scipio est aliis significations in vineis, aliis, si dixeris: scipioni arundine inniti; aliis quoque, quum ab eiusmodi scipione gens patria Romae Scipionum nomen sortita est. Cuiusmodi vel fexenta in probatorum Autorum lectione occurunt. Quae nisi probe discernantur, nisi et doceatur, quae propria sit, quaeque translata vocis significatio: non potest non fieri, quin interpellentur discentes, quo minus in litterarum studiis optatos progressus faciant. Deinceps nec praetermittendum, vt ea, quae aliena sunt, tum a consuetudine loquentium sive patris, sive latino sermone, tum ab ipsis, quae tradita sunt, praecepisti, accurata animaduersione notentur. Nostra lingua vsurum nonne obscurum fieri statuas, si haec: Ab aduersario stare, abire magistratu, non conuenit inter eos, magnam in spem venire, ad verbum reddat? Inquirendum igitur est, quid proprium, quid purum sit et quid contra ea nouis et ineptis vocabulis aequae ac barbaris intolutum et obscuratum sit. Amelioris notas scriptoribus aliena sunt cacodaemon, erbinus, zelus, et barbara habentur; item, ab honestate partim, partim a probatorum Scriptorum puritate remota: Proximus, diuus Paulus, pienissimus, peroratus, eructare libellum, cum aliis, quae pasfim leguntur. Quae virtuosa et corrupta scribendi consuetudo puro et incorrupto sermone corrigenda et probe obseruantur, probeque notandum est, quae vel a plebis, vel vulgarium latinorum sermone, vel a praeceptis auditis discrepant. Quod supererit, linguae latinae studiois voces accurate ponderet, quibus quasi vinculis oratio deuinctor soleat, quo ordine, quo loco posita sint, utrum similes eorum vis sit et vltis, nec ne. Quae si lati cognita sunt: vltis non omitendas creberrima exercitatione comparandus, quae tota in imitatione posita est. Non vna autem haec esse confusci, altera facilior, altera difficilior habetur. Illam dicimus, si latinum sermonem ex Autore probato propositum initatio vernacula dictanda excipiatur, commutatis modo Temporibus, Personis, Locis, Rebus etiam, quo verba Autoris et sententiae ex magis memoriae imprimantur et eo firmius haerent; haec autem, si codem seruato numero aliis verbis aliquis sententias utimur, quod subacti ingenii labor est. Quum pensum a magistro ex Autore sermone nostro, non vero codem inspecto, discentes reddere iubentur, non omnino nauci habendum.

P. P. Eisenbergae, VIII Kal. Maii, A. R. S.

clb 15 cc LVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt  
urn:nbn:de:gbv:3:1-146475-p0004-3

MC

gio illo opere Melanchthon et  
Quae utilissimi libri praestantia  
i meos illorum virorum opera  
ne latet, sed promptum propo-  
quam diligentissime consulente  
ribus disticto negotio ut fidei



XI.

DISSERTATIVNCVLAE

D E

EXPEDITO ET PLANO IN LATIVM ITINERE  
CONTINVATIO.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,  
DOMINO  
FRIDERICO III,

DVCI SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM,  
ANGRIAЕ QVOQVE ET WESTPHALIAE, COMITI  
PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONI MISNIAE, PRINCIPIS  
DIGNITATE COMITI HENNEBERGAE, COMITI MARCAE  
ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVENSTEINII  
TONNAE, RELIQV.

DOMINO ET PATRIAE PRINCIPI LONGE  
CLEMENTISSIMO,  
DIEM NATALEM AVSPICATISSIMVM

VII KAL. MAI A. R. S. cīs Icc LVI  
AD DEVOTISSIMA MVSARVM VOTA QAM FELICISSIME REDEVNTEM  
QVATVOR BONARVM ARTIVM ALVMNORVM  
TOTIVS COETVS NOMINE LAETISSIMO PECTORE CONGRATVLANTIVM  
ORATIVNCVLAS

EXCELLENTISSIMVS PROVINCIAE EISENBERGENSIS  
PRAESES,

PERILLVSTRES AVLAE OPPIDIQVE PROCERES,  
GRAVISSIMI ET SPECTATISSIMI SCHOLAE INSPECTORES

IN QVE HIS  
MAXIME VENERANDVS EPHORVS  
ATQVE OMNES FAVTORES ET AMPLIFICATORES REI SCHOLASTICAE  
BENEVOLENTISSIME AVDIRE HAVD GRAVENTVR,  
SVBMISSSE, OBSERVANTERQVE ET PERAMICE

ORAT ROGAT QVE  
M. IOH. DAVID GSCHWEND, RECT.

EISENBERGAE,

EXCVDEBAT CHRISTIANVS HENRICVS WALThERVS.